



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam  
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna  
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

**Vastovius, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.**

Sapiens iuuenis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38534**

PVER SAPIENS  
(VVLGO WYSPILT)  
FLORUIT ANNO  
Christi 1525.

*Catholica religionis causa  
gravissima tormenta sustinet.*

*Lacus in tormentis  
prædixit Tortori miserabilem  
mortem.*

**A**PROPHETIÆ & concionandi dono sic dictus erat iuuenis, hæresis peste glifcente, à quodam Nobili viro primario multa ob fidei Catholicæ constantiam perpeffus, in medio lacu Vetter submersus ante Dominum in littore viuis conspectus est. Dehinc rota resupinus alligatus, hilari vultu quasuis illusiones & contumelias excepit. Quam animi constantiam inique ferens Nobilis, Ote inquit miserum: quinimo ait ille, Tu ter miser es, nam frigore, fame & aqua peribis. Et verum dixisse comprobavit euentus. Lacum enim vastissimum Vetter, breui post transiturus, super glaciem suos præcedere iussit. Et ecce glacies derepente sese aperit inter seruos & herum, hiatuque in immensum crescente, mandat suis, vt pergât & mandata exequantur; se vnde venerat rediturum: sed nec redire valuit: retro namque conuersus vidit cedentem glaciem & in aquas resolutam. Quare cum triduo super fragmen in quo primum constiterat fluctuaret & noctu penes littora ab accolis frustra auditus, & interdiu in medio lacu conspectus, à nemine tamen adiutus, ter miserabili, vt illi prædictum fuerat, periit letho.

INDEX